

SCRIPTA

Numéro Scripta : 4791

Auteur(s) : Pierre de Mauléon, châtelain de Pont-de-l'Arche [autre]

Bénéficiaire(s) : Guillaume Barre [particulier]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1237, octobre

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume Barre vend à Pierre de Mauléon 58 sous de rente à prendre sur un tènement à Léry.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Andrieux Jules, *Cartulaire de l'abbaye royale de Notre-Dame de Bon-Port de l'ordre de Cîteaux au diocèse d'Évreux*, Évreux, Hérissé, 1862, n° CXII, p. 110-111.

Texte établi d'après a

Noverint universi, tam presentes quam futuri, quod ego Guillelmus Barre de super Ripam, de parrochia de Leire, vendidi et concessi, assensu..... uxoris mee et omnium heredum meorum, Petro de Malo Leone, tunc temporis castellano de Ponte Arche, quinquaginta et octo solidos..... nui redditus percipiendos, singulis annis, videlicet viginti et duos solidos et sex denarios, ad terminos assignatos de paga, super quamdam..... Gaufridus Anglicus et ejus filius, sitam juxta cheminum de Eure, inter terram Nicholai Papeil, ex una parte, et terram Roberti filii ter domum Galteri d'Arseil et aquam Eure, octo autem solidos super terram Gilleberti Letellier, et octo solidos super terram Rog..... terre dictorum G. et R. site sunt inter terram predicti Nicholai Papeil, ex una parte, et inter terram dicti Roberti filii..... assignavi dicto Petro et heredibus suis quindecim solidos percipiendos super insulam Manerii que fuit Hugonis, filii R..... redditus, scilicet quinque solidos et duos capones assignavi p. percipiendos super unam virgatam terre sitam As Houlieries..... una parte, et terram Emmeline La Clere, ex altera, quam virgatam terre Guerardus de Lereio de me tenebat. Et s..... de dicta virgata terre non poterant reddere viginti predictos solidos et duos capones, liceret dicto Petro et suis heredibus facere just..... virgatas terre quas habeo super aquam Eure quoadusque suum habent redditum, videlicet viginti solidos et duos capones superius nominatos..... omnia suprascripta vendidi et concessi, et hac presenti carta confirmavi Petro predicto de Male Leone et heredibus suis tenenda et hab..... et quiete, salvo jure capitalium dominorum, per sex denarios annui redditus michi et heredibus meis reddendos, ad festum Sancti Remigii.....bus suis. Ita sane quod ego predictus Guillelmus Barre de super Rippam et mei heredes tenemur eisdem omnia, que in hac pagina continentur, garantizare, et omnia servicia ad quoscumque dominos pertinencia reddere et facere. Ita quod possint pacifice predictos redditus cumbam et habere poteramus, quiete possidere, et si casu, aliquo contingente, predicta in dictis locis non poterimus garantizare pre..... valore ad valorem..... hereditate nostra excambiare quam tempore carte confectionis tenebamus. Licebit eciam..... plenariam justiciam facere super dicta tenementa, nisi dictus redditus, singulis annis, ad terminos assignatos de paga eisdem fuerit..... concessione et venditione et hac garantizatione dedit michi dictus Petrus viginti libras turonensium. Quod ut ratum et stabile per[maneat], presentem cartam dominus Jordanus de Mesnil, miles, et Stephanus Havart, domini feudales supradictorum tenementorum sigillorum suorum..... sigilli mei benigne confirmaverunt dictam venditionem, firmam et ratam habentes.

Actum anno Domini M°, mense octobris.